

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Heinrich Wilhelm Ludolf an Lukas Nuridschanjan.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

London, 16.02.1702

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-242211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-242211)

Ad Armenum Luca Xuridjan.

Dilectissime in Christo Frater et amice,

Cum Reverend. D^{ns} Archiepiscopus Philippopolensis hinc
ad Vos proficiscatur, non potui, quin eum hisce litteris com-
mitarer te amice rogans, ut pro indole Tua Christiana officij,
quibus forsitan egebit, ei studiose praestes. Praeter voluptatem
quam quilibet pius aliis inserviando percipit, hoc quoque Tibi
incitamento erit, quod Vir iste et munere Ecclesiastico et
naturae dotibus aestimationem sui nobis conciliet. Si senten-
tia Hallam adeundi adhuc tibi staret, egregia haec esset
opportunitas, ut non solum iter istud sine sumptibus et in
bona societate conficeres, sed et insuper utile officium
D^o Archiepiscopo praestares, Interpretis vices obeundo.
Nam Berolinum adire constituit, et si Hallam non tran-
seat, valde tamen isti urbi appropinquabit. Consule qua-
so D^{um} de Hoest, virum piwm et mihi valde amicum, cu-
ca rationem itineris Dⁱ Archiepiscopi, forsitan quoque D^o de
Hoest Viris pijs in via eum commendare poterit. D^o de
Berghem, in cuius aedibus me convenisti, tibi indicabit,
ubi D^o de Hoest habitet. Patriarcha Hierosol: Nectarij
librum contra Pontificios Latine hic impressum forsitan
apud Philippopolensem Archiepiscopum videbis. Mag-
num applausum invenit iste liber apud eos, qui a moribus

Romanis alieni sunt, satisq; indicat, quam male funda-
 tum sit argumentum de perpetuo consensu inter Roma-
 nam et orientalem Ecclesiam. In ea tamen ego sum opi-
 nione parum emolumentum ex eiusmodi disputationi-
 bus emergere, ad propagandum Regnum Dei, quod inha-
 bitatione Christi per fidem in animabus humanis eri-
 gitur. Præstaret, ut Ecclesie particulares inter se cer-
 tarent, quæ earum plures ostendere nobis posset tales
 Christianos, in quibus *η πνευματικός ποσεις εἰς τὴν ἐκκλῆσιαν*
τῶν ἁγίων appareret. Concedat nobis hunc in finem
 Divina Bonitas suam gratiam, ut dignitatem Vocæ,
 tionis nostræ magis magisq; et intelligamus et exe-
 quamur. Vale, dabam Londini d. 16 Febr: 1702.

Tibi faventissimus.